26

# ORATIO

DE

# ORIGINE EXCELLENTIA ATQVE RECENTI SERENISSIMAE DOMVS SCHWARZBVRGICAE IN COLLEGIVM PRINCIPVM COOPTATIONE

AD IMPETRANDA

## SOCIETATIS LATINAE

QVAE IENAE FLORET

## SODALIS IVRA

IN EIVSDEM SOLLEMNI CONVENTV

PVBLICE RECITATA

A

CAROLO GERARDO DE KETELHODT

EQVITE MECLENBVRGICO ET SCHWARZBVRGICO

3/2

*IENAE*

EX OFFICINA SCHILLIANA

CIƆIƆCCLV

26

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

# IOANNI FRIDERICO

PRINCIPI SCHWARZBVRGI

S. R. I. QVATVOR COMITVM, COMITI HOHEN
STEINII DYNASTAE ARNSTADII SONDERSHV
SAE LEVTENBERGAE LOHRAE ET CLET
TENBERGAE CET. CET

PATRIAE PATRI LONGE
INDVLGENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO

Digitized by Google

Digitized by Google

# SERENISSIME PRINCEPS
# DOMINE CLEMENTISSIME

Dum TIBI *hodie hanc, mente ſubmiſſiſſima conſecrare audeo orationem, haud neceſſarium eſſe mihi videtur cauſſas ſtudioſe colligere, quae hanc meam deuotiſſimam excuſare poſſint dedicationem.*



Digitized by Google

*partim eximium* TVVM *erga doctr*
*et* TVAM *praeſertim erga me ſingul*
*perpendens, arbitratus ſum, non alii*
TIBI, SERENISSIME PRINC
*iure eſſe conſecrandam. Praeſertim L*
*ſpicatiſſimo ac laetiſſimo die natali n*
*quo minus cum communibus ciuium*
*ſubmiſſiſſimis congratulationibus meas*
*iungerem preces.*

*Vt itaque* PRINCEPS CLE
ME, *has ſtudiorum meorum primitias*
TIBI *propria eſt, gratia accipere eas*
*ſimo* TVO *nutu beare non dedigneris*

Digitized by Google

*ac precor votis. Benigniſſimum oro numen, velit,* TE, PATRIAE PATER INDVLGENTISSIME, *per longiſſimam annorum ſeriem in* SERENISSIMAE TVAE DOMVS *ſplendidiſſimum ornamentum, in patriae, quae* TVO *ſub regimine ſapientiſſimo quauis felicitate abundat, maximum deſiderium, inque bonarum artium,* TVO *ſub patrocinio mirifice floreſcentium, vtilitatem, omni, quae* TANTO PRINCIPE *digniſſima, beatitudinis genere cumulatum, ſaluum atque ſoſpitem conſeruare, atque multoties hunc optatiſſimum recurrere diem ſinat, vt ciues Schwarzburgici de* SAPIENTISSIMO PRINCIPE *ſibi queant gratulari. Praecipue in eo omnium ciuium Schwarzburgicorum et meorum votorum ſumma conſiſtit, vt Deus*

*ille,*

Digitized by Google

*ille, quem adoramus, T. O. M. pro in*

*tia* TIBI, OPTIME PRINCEPS,

TVAE *terrarumque heredem largia*

*eſt, quod a Deo immortali precibu*

*efflagitat,*

# SERENISSIME PRI

# DOMINE CLEMENT

SERENISSIMO NOM

## TVO

Ienae d. VIII Ianuar.
CIↃ IↃ CC LV.

SVBIECTISSIMVS C

CAROLVS GERARDVS D

Digitized by Google

# SOCIETATIS LATINAE
## DIRECTOR EXCELLENTISSIME
## EPHORE CONSVLTISSIME
## SODALES
### PERILLVSTRES, ILLVSTRES, EXCELLENTISSIMI CLARISSIMI GENEROSISSIMI NOBILISSIMI DOCTISSIMIQVE
### AVDITORES OMNIVM ORDINVM PRAESTANTISSIMI

---

QVVM omnes ſingulari quodam atque eximio, vti par eſt, condecorentur honore, qui in ſummorum, quos a ſupremo datos numine veneramur, imperantium explicandis ac perorandis negotiis cunctas ſuas cogitationes omnemque figunt operam; illi praeſertim mortalium et mihi ſemper praecipue laude digniſſimi viſi ſunt, qui in principum origine deriuanda at-

que deducenda eorumque excellentia, qua inte
et dignitate in reliquis aequales, *velut inter ſtell*
culenter eminent, demonſtranda, curas ſuas p
Siue enim iucunditatem huius rei, qua hominu
pere adliciuntur, reſpicias: ſiue ad harum reru
controuerſiis nexum, qui mentem noſtram ad qu
ſpicienda inſtigare ſolet, animum aduertas, i
quiſitio ſeſe nobis commendabit quam maxime
quaſi a natura indita eſt quaedam auiditas cuiusu
ginem atque excellentiam, eorum praeſertim,
mum reſidet imperium et veneranda maieſtas.

NEC deſtituitur, quemadmodum quis opina
da perueſtigatio optatiſſimo ſuo fructu, qui ae
in priuatis negotiis diuerſis ſeſe prodit quam luc
enim ad decidendas circa praegreſſionis, conſan
ſucceſſionis et tutelæ profluentium iurium nec
nem obortas controuerſias maximis ſemper obr
magis confert, quam ſolers excellentiae atque
tio? Praegreſſionis autem ſucceſſionis tutelasqu
bia, ſummos inter imperantes grauiſſimas gign
qui neſciat? Quae quum ita ſint, AVDITORES
MI, vtiliſſimum laborem mihi ſuſcepiſſe videor
ad adipiſcenda, in hac FLORENTISSIMA SOCIE
de *origine*, *excellentia atque recenti* SEREN
SCHWARZBVRGICAE *in collegium principum coo*
ciam. Non exiſtimo, AVDITORES, neceſſariu

quam ad haec exponenda me accingam, a *Vobis* beneuolas mihi expetam aures, quum grauitas atque iucunditas argumenti mentes audientium, quas ſcio SERENISSIMAE DOMVI SCHWARZBVRGICAE, elegantioribus litteris clementiſſime ſauenti, eſſe deuotiſſimas, adtentas ſpondere et polliceri mihi videantur.

ORIGO SERENISSIMAE DOMVS SCHWARZBVRGICAE a temporibus antiquiſſimis eſt repetenda. Differunt tamen in hac quaeſtione eruditorum ſententiae. Sunt enim, qui cum AHASVERO FRITSCHIO *a*), ſplendido, dum in his terris viueret, principatus Schwarzburgici ornamento, ortum eius a WITTEKINDO *Saxone* arceſſendum eſſe, ſalſo arbitrantur. Sunt, qui a regibus ſtirpis Francicae potentiſſimis ortum eius deriuant; qui iterum, diſceſſione quaſi facta, diuerſas fouent opiniones. Nonnulli enim cum IOANNE FRIDERICO TREIBERO *b*), Arnſtadienſis athenaei quondam rectore a CHLOTARIO I. CLODOVAEI M. Francorum regis filio quarto prima initia SERENISSIMAE HVIVS DOMVS repetunt. Hunc enim CHLOTARIVM I. filium habuiſſe GVNTHARVM annales horum temporum teſtantur. Hunc vero GVNTHARVM fundatorem PRINCIPVM NOSTRORVM CLEMENTISSIMORVM adgnoſcunt. Diuerſam plane, eamque maxime probabilem, *Dominus* IOANNES HENRICVS de FALCKENSTEIN *c*), vir, vt in omni diſciplinarum genere, ſic maxime in hiſtoria incomparabilis, venerabile muſis

 nomen

*a*) in *diſcurſu hiſtorico de Gunthero Schwarzburgico.*

*b*) in *der genealogie und chorographie des durchlauchtigen hauſes Schwarzburg* pag. 11.

*c*) in *analectis thuringo nordgauienſibus, achte Nachleſe pag.* 146. *ſeqq.*

nomen in medium adtulit ſententiam. Vir per
laudato TREIBERO conſpirat, originem SERE
SCHWARZBVRGICAE non a WITTEKINDO *Saxo*
gum Francicorum eſſe deriuandam; in hoc a
diſſentit, quod ortum eius non a GVNTHARO C
quemadmodum ille fecit, ſed a GVNTHARIO C
Aurelianenſis filio ſecundo petendum eſſe recte
quidem veritati conſentanea Viri perilluſtris ſ
lius perſpiciatur, lubet argumenta eius paucis e
ſunt comparata, vt non poſſint non aduerſarior
cturas ſuas niti volunt fundamenta concutere.
ma, quibus defendere conantur, SERENISSIMAM D
BVRGICAM a WITTEKINDO *Saxone* originem ſu
infringi poſſunt, ſi modo quis a praeoccupatis
omni partium ſtudio alienus apud ſe reputaue
NO *d)* monacho Fuldenſi, iam ante WITTEKI
CAROLI M; aut, vt alii volunt, initio ſeculi V
GONEM comitem Keſernburgicum vixiſſe. At
ceps luculentius a nobis probabitur, comites K
SERENISSIMIS PRINCIPIBVS SCHWARZBVRG
demque ſunt generis. Deinde etiam ex nom
comes Keſernburgicus geſſit, oſtendi poteſt, hc
cae eſſe originis *e)*.

*d)* in *vita S. Bonifacii* lib. I. c. 29. quae exſtat in CANISII *lect. antiq.* tom. IIII. *Mabillonii ſec.* III. *ſanctt ordinis diui* *Benedicti, et ſcrip*... *narum*, tom I...

*e)* Confirmat h...

NEC illi, qui pro GVNTHARO CHLOTARII I. filio primo vota tulerunt, ſcrupulos ipſis iniectos e medio tollere queunt. Hunc enim GVNTHARVM iuuenem adhuc ante patrem naturae debitum ſoluiſſe teſtantur annalium monimenta *f*). Quae quum ita ſint, iure meritoque ab huius ſententiae patronis argumenta poſcimus, ex quibus probari poſſit, hunc GVNTHARVM coniugio quodam cum vxore fuiſſe coiunctum atque ex ea demum liberos procreaſſe. Quum autem haec praeſtare numquam poterunt, grauiſſimum pondus eorum ſententiae conciliatur, qui in hac cauſſa pro GVNTHARIO CLODOMERES filio ſecundo pugnant. Praeterea non deſunt grauiſſima argumenta, ex illis potiſſimum temporibus arceſſenda, quae rem, a me adhuc diſputatam, extra omnem ponunt dubitationem, eamque ſententiam, quam arbitror ego veriſſimam eſſe, ſatis ſuperque confirmant atque ſtabiliunt. Et primum quidem res ipſa, vt oſtendam, videtur efflagitare, quo fato acciderit, vt noſter GVNTHARIVS in terras Thuringicas pedem intulerit. Quae quidem quaeſtio facile ſolui poteſt, ſi ad haec potiſſimum animus aduertatur. Inter THEODORICVM regem Metenſem et Auſtraſiae, fratrem CLODOMERES regis Aurelianenſis patris GVNTHARII noſtri et HERMENFRIDVM Thuringorum regem lites ad annum IↃXXIII. motae ſunt, adeo, vt res a priuatis contentionibus ad bellum ſollemne rediret. Quum autem cum HER-



*chronico Saxonum Quedlinburgenſi* relato a LEIBNITIO in tom. III. *ſcript. rer. brunſuicenſ.* pag. 278. HVGO *Theodoricus iſte dicitur idem Francus, quia olim omnes Franci* HVGONES *vocabantur, a ſuo quodam duce* HVGONE.

*f*) GREGORIVS TVRONENSIS lib. IIII. c. I. et ex eo ab ECCARD *tom. I. comment. rer. franc.* p. 89.

Digitized by Google

MENFRIDO pugnam ſolum ſe ſuſcipere minus tu
-DORICVS, foedus inire commotus fuit cum
RIO primo.

AD conflictum res deducta eſt, in quo, pu
commiſſa, coniuncti THEODORICVS et CHLOT
Saxonum gente, victoriam reportarunt, atque HE
expulſo, terrae occupatae, facta diuiſione,
Francos hac ratione diſpertitae ſunt, vt Saxone
Franci vero auſtralem acciperent Thuringiam.
praemio non dubitandum, quin CHLOTARIVS p
ſit aequalem. Huic obtentae Thuringiae par
praeponerentur, qui Thuringiae incolas, libe
ſuetas, quo debita ſubirent officia, et ne quid i
chinarentur CHLOTARIO, obſeruarent. Cu
CHLOTARIVM praefeciſſe GVNTHARIVM noſtru
bile redditur. Exſtincto enim a Burgundis
THARII patre, huius vxorem GVNDEVCAM fr
CHLOTARIVS ſibi tori ſociam adiunxit, filios
cum GVNDEVCA progenitos THODOWALDVM,
ſtrum et CHLODOWALDVM ſimul ad ſe recepit
eſt, qui iam negare ſibi ſumat, CHLOTARIVM

g) ab ECCARD tom. I. *Comm nt. rer. franc. viduam*, ſcribit, *Clodomeris Gundeucam Chlotarius rex frater eius ſibi in matrimonium ſocia ad ſe recepit, quor alter Guntharus,*

mandando ipſis comitum munera in recens adquiſitis Thuringiae partibus *b*) proſpexiſſe, maxime eſſe probabile?

EO maiore enim ciues proſequuntur reuerentia ipſis conſtitutos adminiſtratores, eoque facilius, ne quid ſubiectionis vinculo contrarium ſuſcipiant, deterrentur, quo maior eſt praepoſiti, regio ſanguine progeniti, auctoritas. Deinde CHLOTARIVM, fratre ipſius CLODOMERE necato, eiusque vidua in matrimonium ducta, regnum Aurelianenſe, principe deſtitutum, ſibi ſubiectum reddere forſan conſtituiſſe, admodum probabile iis videbitur, qui interiores animi motus ex rebus ab eo geſtis perſpectos habent atque cognitos. Quid autem huic conſilio conuenientius erat, quid expeditius, quam legitimorum regni Aurelianenſis heredum ad loca extera et diſſita longior remotio? Tradidiſſe itaque CHLOTARIVM priuigno ſuo GVNTHARIO, dignitatem comitis prouincialis induenti, Thuringiam bello oppreſſam, magna adeſt probabilitas. Qui GVNTHARIVS, Thuringiam ingreſſus caſtrum Kefernburgum *i*), quo nomine deinde eius poſteri inſigniti fuerunt, condidit. Habes itaque fundatorem comitum Kefernburgicorum argumentis ſummam veritatis ſpeciem prae ſe ferentibus euictum.

Quam

*b*) IDEM *lib. excitato* p. 62. *Formam,* inquit, *regiminis Thuringiae a* THEODORICO *rege introducti nemo adnotauit. Non tamen dubitandum eſt, comitum iis non paruum numerum impoſitum fuiſſe; qui leges obſeruarent et populum in fide Francorum retinerent.*

*i*) Diuerſos modos, quibus nomen Kefernburg ſcribi ſolet, et rationes denominationis relatas atque diiudicatas inuenies apud *perill.* de FALCKENSTEIN *lib. adlegato pag.* 152. *not. e.* ex quo libro ſimul hactenus adducta maxima ex parte me hauſiſſe grata profiteor mente, cuius tota de HVGONE *comite Kefernburgico* elegans commentatio conferri meretur.

Digitized by Google

Quam probabilitatem frequens cognominis cu
NISSIMOS PRINCIPES SCHWARZBVRGICOS et C
cos egregie fulcit. Dum vero adhuc in
Keſernburgicorum ex ſtirpe regum Francic
origine occupatus ſui, ſore pleroſque credo,
tuto meo aliena, me dixiſſe ſorte opinentur.
defendam. Comites enim Keſernburgici et SER
hodierni SCHWARZBVRGICI vnius eiusdemque
non ſolum armorum et inſignium, quibus
grauiſſimum pondus merito adſcribitur, com
demonſtrat, ſed etiam ex eo corroboratur,
fernburgici mox Schwarzburgicos ſe nominau
burgicos. Qui mos admodum infrequens, a
natiuitatis, quod primogenituram barbare dic
bat. Satis itaque ex hactenus dictis patebit, SER
CIPVM SCHWARZBVRGICORVM originem ex
Francicorum ſtirpe eſſe deriuandam. Proximu
cellentia et praerogatiuis, quibus prae aliis fruu
STRI INDVLGENTISSIMI, quam breuiſſime fieri
Commoda autem mihi ſeſe iam offert occaſio
lendi opiniones, qui craſſe admodum de offic
tariis Thuringicis ſentiunt. Nullo enim idon
contendunt, imperatorem LOTHARIVM II. prin
giae Landgrauio LVDOVICO duodecim comite

l) *Frell.* de FALCKENSTEIN *cit. lib. pag.* 156. IN
*... iuris heraldicae pag.* 116.

ficiorum hereditariorum et aulicorum gratia ſubieciſſe *m*). In deſignandis horum comitum nominibus diſcrepant ſcriptores *n*), quod in re recens efficta facile contingere potuit. Vno animo tamen SERENISSIMAM DOMVM SCHWARZBVRGICAM in numerum illorum falſo referunt. Age, videamus, quibus argumentis illi viri innixi haec comminiſcantur. Primum eorum argumentum petitum eſt ex quodam annalium Thuringicorum conditore a WILHELMO ERNESTO TENZELIO excitato *o*) apud quem haec verba leguntur: *Und forſtente on mit zwolf graffen zu erbe und hoffgeſinde.* Verum vt taceamus nondum huius ſcriptoris fidem extra dubitationem collocatam, neque adhuc tempus, quo is vixerit, rite definitum eſſe; ex verbis tamen ex eo in medium adlatis, id, quod illi volunt, nequaquam comprobatur. Sententia enim horum verborum, quam aduerſarii extorquent, neutiquam poteſt locum habere, ideo, quod vſus et inueterata a maioribus ad nos deriuata conſuetudo talem ſenſum non admittit. In imperii quoque noſtri antiquiſſimis conſtitutionibus *p*) deciſa res eſt, principem non duodecim ſed qua-

*m*) Ita ſentiunt, quod miraberis, HEIDENREICHIVS *in der hiſtorie des furſtlichen hauſes Schwarzburg* p. 24. et GLEICHMANNVS *in den hiſtoriſchen und politiſchen remarquen von denen thuringiſchen erb und hoff aemtern* et alii, quos ab his adlegatos reperies.

*n*) HEIDENREICHIVS cit. loc.

*o*) *in ſupplemento hiſtoriae Gothanae ſecundo* pag. 350. ſq.

*p*) Duae exſtant hac de re conſtitutiones. Prima a CAROLO M. in LEHMANNI *chronico Spirenſi* libr. II. p. 158; altera in GOLDASTI tom. I. *conſtit. imperial.* p. 207. continetur. Quarum vtraque hac de re ſequentia diſponit: *ſinguli vero principes ſuos habeant officiarios ſpeciales, marscalcum, dapiferum, pincernam et kamerarium, qui quattuor, quanto plus ſunt laboraturi, tanto plus in ſtipendio, in veſtitu,*

quatuor vti officiariis, ſupremo palatii et caerimonia
quem *Mareſchallum* vulgo dicunt, *Dapifero*, *Pincern*
cubiculi, ſiue *Camerario*. Et ductu harum conſtituti
VICVS Thuringiae Landgrauius quatuor habuit officia
rios. Familia enim DE EBERSBERG *q*) functa e
reſchalli; familia DE VANRE ſ. DE FAHNER *r*)
milia DE SCHLOTTHEIM *s*) dapiferi, familia SCHE
VARILA *t*) pincernae. Satis inde, vt puto, adpare
citatis verbis aut nullum aut alium plane ſenſum e
dum. Scilicet LOTHARIO imperatori, conſti
giae comitatu prouinciali, ſummum ibidem animus e
tribunal. Huic ſummo tribunali duodecim ex praec
cipum et comitum numero munere adſeſſorum fung
nere cupiebat, qui hoc facto tamen neque clientu

*veſtitu, in equitatu prae ceteris ſunt hono-
randi* etc. Vide ſis CAROLVM DV FRES-
NE in *gloſſario mediae et infimae latinita-
tis* ſub vocabulis: *pincerna*, *dapifer*, *ma-
rescalcus*, *kamerarius* etc. LEIBNITII *co-
dicem diplom. iur. gent.* tom. I. p. 151.
TESCHENMACHERI *annales cliuenſes edit.*
DITMARI p. 512. vbi *inſuper*, inquit, *ad
maiorem dicti ducatus et principatus*, ſcili-
cet REINOLDI comitis de Geldern ab
imperatore LVDOVICO bauaro CIↃCCC-
XXXVIIII. ad ducalem dignitatem euecti,
*ſplendorem aſſignamus ipſi*, IVXTA MO-
REM IMPERII *quatuor officiarios infra
nominandos et eorum heredes, videlicet*
IACOBVM VAN MYRLAER *oeconomum*,
dapiferum, EVERHARDVM VAN WYLF
*mareſcalcum*, THEO
LIENDEN *buticularium*
GVILIELMVM VAN
*camerarium*. conf. *illu*
in diſſ. *de orig. offic. au*

*q*) conf. de hac fa
*in denen nuzlichen ſ*
*handbibliotheck von Sach*
52. ſq. TENZELIVM ex

*r*) euoluas de his eu
l. c. p. 109.

*s*) *idem* cit. lib. p. 1
alleg. libr. p. 449.

*t*) Legas FRIDERIC
*narum Varila Tautenbur*
et PAVLINI *annales Iſ*

Digitized by Google

ciariorum perſonam induere debebant. Confirmat haec effatum codicis manu exarati antiqui ſic inſcripti: *Legenda patroni Germaniae ſancti Bonifacii v)* cui teſtimonium ADAMI VRSINI eſt addendum *x*).

ALTERVM argumentum, quod auctoritate IOANNIS BANGII, IOANNIS BINHARDI et SPANGENBERGII nititur, admodum eſt lubricum. Nimis enim recentes ſunt iſti ſcriptores, quam vt ex illis ſolidi quid probari poſſit. Contradictionis deinde vitio effata eorum laborant. Alius enim octo, alius decem, alius iterum ex illis duodecim nominat comites. Praeterea quoque in denominandis comitibus, vti iam dictum, haud conſpirant. Vera ſi eſſet haec fabula, in antiquioribus Thuringiae annalium monimentis certe mentio eius facta fuiſſet.



*v*) Exhibet *hanc legendam* MENCKENIVS tom. 1. *ſcript. rer. germ.* pag. 834. ſeqq. Vbi inter alia haec occurrunt: *Das that der Kayſer, daſs alle Grafen oder Freyherren, oder alle in Thuringer Landen Gerichte hätten, und daſs ein ieglicher Richter wohl richten ſollte, in ſeinem Gerichte nach Rechte. Der Landgraf ſoll ihrer auch ſechs kuehren, Grafen oder Freyherren, welche er wil, die in dem Lande geſeſſen ſind, und nicht auſſerhalb, und die ſechſe ſollen ihrer noch ſechs kuehren, die edelſten und kluegſten, ſo in dem Lande ſie gehaben moegten. Die zvvoelfe ſollten ſie vereinigen, und ein ieglicher dem Landgrafen zum heiligen ſchwehren von des Landes wegen* etc.

*x*) De quo VRSINO conſulas MENCKENIVM in praefatione ad tom III. *ſcript. rer. german.* num. XXI. Hic VRSINVS ſic ſcriptum reliquit: *Als nun der Herr mit dem Barthe von dem Kayſer alſo zu eynem Grafen ynn Duringen mit der Duringer Willen gemacht und gekoren was, da machte der Keyſer das Land zu Dueringen zu eynem Fahn Leben, und belehnete den Herrn domitte, und liehe ihm darueber des Reichs Fahnen. Doch alſo, das Grafen, Freyherren, und alle die eygen Gerichte haben, iglicher wol richten mag ynn ſeynem Gerichte, das ihm geburet und zuſtaendig mit Rechte.*

Digitized by Google

FRVSTRA autem euolues auctorem *annalium b*
*grauiis Thuringiae*, et auctorem *hiſtoriae de Landgr*
apud PISTORIVM *xx*) et ECCARDVM *xxx*) ROTHI
*Thuringiae*. His quodammodo diſcuſſis ad ea progr
SERENISSIMAE DOMVI SCHWARZBVRGICAE pra
tunt. Primum inter haec locum obtineat eminen
*imperii comitis* titulus, ab antiquiſſimis inde tempori
MAE DOMVS NOSTRAE proprius. Varias hodierni iur
res de hoc titulo fouent ſententias. Duae ve
oriuntur quaeſtiones, altera: qua ex ratione natus
altera: quo tempore primum adhibitus? Ad prima
qua quaeritur, quae ſcilicet ratio huius tituli ſit
diuerſas partes abeunt harum rerum ſcriptores.
ſententia maximum mihi videtur habere pondus, q
quatuor electorum atque tot olim ducum, quatu
praecipuis et excellentioribus electos eſſe perhi
admodum enim principum quatuor ſplendidiſſimi
inſigniebantur, ita ex comitum ordine quatuor eor
per *quatuoruirorum ex comitibus* titulum ceteris eſſe
mam habet certitudinis ſpeciem. Numerum enim
in imperio noſtro romano germanico valde vſitatu
probat illa Germaniae ab ALBERTO I. imperatore
culos: bauaricum nempe et franconicum, rhenan
nicum, weſtphalicum et belgicum et denique ſa
diſtributio.

*xx*) *ſcriptorum* tom. I.

*xxx*) inter *probation*
*princip. Saxoniae ſuperior*

ALIAM dedit adpellationis huius cauſſam vir ſumme reuerendus IOANNES CHRISTOPHORVS HARENBERGIVS y) ingenioſe cum iuriſconſulto illo celeberrimo IOACHIMO HAGENMEIERO exiſtimans, denominationem illam: *ein derer vier Grafen des reichs* ex eo ortum traxiſſe, quoniam quatuor ex comitum ſtirpe geniti imperiale diadema fuerint conſequuti. At erudite monſtrauit perill. CAROLVS FRIDERICVS DE BEVLWIZ z) celeberrimi HARENBERGII ingenioſe admodum excogitatam opinionem nullatenus eſſe admittendam. Neque quempiam fore puto, qui, ſi diuiſionem ducum et circulorum imperii noſtri romano germanici, ſine dubio genuinam, animo rite expenderit, mecum ſtatuere haeſitet, huius ad exemplum comitum quoque excellentiores prae aliis ſui ordinis titulo: *ein der vier Grafen des reichs* merito fuiſſe ornatos. Alteram quod ad quaeſtionem ſpectat, quo ſcilicet tempore primum ſit adhibitus, non poſſum, quin adſentiar perilluſtri FRIDERICO DE BEVLWIZ a), eleganter ita diſſerenti: *Ne itaque tabulam iſtam et fragmentum cuiusdam receſſus imperii de anno 1001. plane reiiciamus*, OTTONI III. *imperatori honorem originis quatuorviratus ſacri romani imperii quidem tribuimus, ita tamen, vt primum pauciſſimi ſaltem quatuoruiri nominati, ſucceſſu temporis vero illa in imperio romani diuiſio frequentior et vſitatior fuerit*, *donec tandem imperante* CAROLO IIII. *et ſucceſſorum eius tempore maiorem acceperit auctoritatem et clarius exſplenduerit.* Superſedeo igitur vlteriore



y) in *miſcellaneis lipſienſ. nouis vol.* VIII. *part.* 4. pag. 662. ſq.

z) in *iisdem miſcell. lipſ. nou. vol.* VIIII.

a) in *obſeruationibus hiſtoricis de antiquiſſimo quatuor comitum imperii titulo ſolius Schwarzburgicae ſereniſſimae gentis adhuc proprio* pag. 21.

Digitized by Google

teriore huius rei demonſtratione, a laudato perilluſ
culenter data. Apud hunc aeque ac apud HEYDEN
plomata, quibus ille honorificus ab imperatoribus au
probatus eſt titulus, larga manu exhibita inueni
lationem enim illam confirmarunt MAXIMILIAN
CIↃIↃXVIII. comitibus GVNTHERO, HENRICO et
MAXIMILIANVS II. comitibus anno CIↃIↃLXVI.
guſtanis, RVDOLPHVS II. anno CIↃIↃXVI. in C
nenſibus, MATTHIAS anno CIↃIↃCXII, Ferdin
CIↃIↃCXXXVIII. Ex iſtis vero omnibus quin h
vincam et efficiam non poſſum a me impetrare.
inde, SERENISSIMAM GENTEM SCHWARZBVRGIC
ſemper atque excellentiorem inter comites habit
primum a Principibus imperii locum occupaſſe.
ex eo, SERENISSIMOS PRINCIPES SCHWARZBVRG
tulo, prae aliis ſui ordinis ſingulare votum et ſeſſione
imperialibus habuiſſe *c*). Conficitur ex his porro
corum familiam tam auguſta origine; quam reru
ria et amplitudine inclitam eſſe *d*), ex illaque ſp
roes prouenіſſe. Quem fugit GVNTHERVS, q
*Achillem* vere nuncupant *e*), romanorum imperat

*b*) *libro* ſupra *excitato* p. 177. ſq.

*c*) conf. perill. de BEVLWIZ *loc. excit.* p. 50.

*d*) Leguntur haec agnita in *diplomate* LEOPOLDI *imperatoris* de anno CIↃ-
IↃCXCVII. et IOↃ
IↃCCX. apud HEY
244 et 262.

*e*) perill. de BEV
ibique *excitati*.

familia caeſarum auguſtorum ortum dicunt hiſtorici? Quis eſt, qui neſciat laudes HENRICI Bellicoſi CAROLI V. imperatoris polemarchi, GEBHARDI I. epiſcopi Wurzburgenſis et ducis Franconiae, GVNTHERI XXXIII. archiepiſcopi Magdeburgenſis, HENRICI XXXVII. archiepiſcopi Bremenſis et epiſcopi Monaſterienſis ceterorumque, quos admiranda ipſorum virtus poſterorum ſempiternae memoriae commendat. Nequaquàm vero in his ſolummodo SERENISSIMAE DOMVS SCHWARZBVRGICAE excellentia collocata ac ſita eſt, ſed aliis quam plurimis exſplendeſcit praecipuis iuribus. Funguntur enim *imperii hipparchia hereditaria f*). Dignitate *theriophylacis imperii* ſunt ornati *g*). Sunt protectores et conſeruatores priuilegii illius, pro quo extra nationem germanicam nullus citari poteſt *h*). Nec ſilentio praetereundum eſt, SERENISSIMAM DOMVM SCHWARZBVRGICAM eminentiſſimis ab imperatoribus auguſtis, pontifice maximo, HENRICO IIII. Nauarrae rege, eius ſucceſſoribus, aliisque ornatam eſſe honorum titulis, illius excellentiam, qua inter alias eminuit, luculentiſſime indicantibus. Sic nominauit eos imperator CAROLVS V. in *diplomate* anni CIƆIƆXXX, quo ipſis ius cerae rubrae clementiſſime conceſſit, *Wohlgebohrne*. Iisdem temporibus, principum dignitatem nacti, titulo: *Hochgebohrne* inſigniti ſunt. Pontifex maximus *in prouiſione vetere ſuper canonicatibus Moguntinis praebend. Bamberg. pro Gunthero comite Schwarzburgenſi*, adpellauit eos *nobiles et dilectos*, quo titulo tamen iis temporibus principes imperii adloquutus eſt. Denique HEN-

*f*) conf. HEYDENREICHIVM *loc. memorato* p. 272.

*g*) *idem* p. 273.

*h*) Euoluas *eumdem* p. 274.

Digitized by Google

HENRICVS IIII. Franciae et Nauarrae rex, in epi
LXXXIIII. comites IOANNEM GVNTHERVM, ALB
LIELMVM nominat *illuſtres et generoſos comites*,
*riſſimos*.

NEC deficiunt SERENISSIMIS SCHWARZBVR
BVS immediata imperii praedia, quae *feuda* dicunt,
antiquiſſimis iam temporibus iure ſeſſionis et ſuffrag
ſtri comitiis gauiſi ſunt *i*), et ita quidem, vt non
fruantur, ſed etiam duo ſpecialia ferre queant ſu
quo conficitur, eos pro poteſtate, quam *territoria*
care, in terris ſuis legitime exercuiſſe poteſtatem le
circa ſacra, ius monetas cudendi, ius viarum pu
galium ac teloniorum, ius imponendi tributa, or
perii et circuli, ius recipiendi iudaeos, ius percip
ex fluminibus, ius metalliſodinarum et quae alia ſu
His eminentiſſimis praecipuis iuribus ſummum a
mum adlatum eſt decus, dum SERENISSIMAE DO
BVRGICAE in comitiis imperii, quae Ratisbonae h
virile in ſplendidiſſimo principum imperii colle
tuum imperii conſenſu, conceſſum eſt, quo im

*i*) Legas *den grundlichen Beweis, daſs das furſtliche Hauſs Schwarzburg ein uhr-alter. freyer, unmittelbarer Reichsſtand und zum voto virili im Reichs Furſten Rath gnugſam qualificiret etc.* de anno CIↃIↃCCX. itemque *Furſtlich ſchwarzburgiſches Recht zu Stimme in dem Rei* anno CIↃIↃCCXI REICHIVM *loco* ſaep

*l*) Euoluas HEYI *loco* p. 284.

tiſſima ſollemnis in collegium illud cooptatio die fauſtiſſimo XXX. Maii huius anni feliciſſime peracta eſt. Gaudeant igitur vereque gaudeant, qui terris Schwarzburgicis ſubiecti ſunt, quod ſub imperio SERENISSIMORVM PRINCIPVM AC DOMINORVM, HENRICI, qui, celſiſſimi fratris ſui GVNTHERI exemplo, muſis mirifice fauet; ac IOANNIS FRIDERICI, veſtigiis ſereniſſimi patris ſui FRIDERICI ANTONII glorioſae memoriae, quem vere pium cognominarunt, inhaerentis, et ad exemplum comitis IOANNIS GVNTHERI I. maleuolorum inſimulationibus et obtrectationibus infenſiſſimi, quem proinde *delicias generis humani* iure ſuo adpellant, haec SERENISSIMAE DOMVS SCHWARZBVRGICAE iam diu rebus praeclariſſimis in vtilitatem imperii geſtis promerita in collegium principum a multis retro annis promiſſa et confirmata cooptatio, a quouis, ſtatibus imperii de ſalute huius bene merentibus, fauente exoptatiſſime deſiderata ad augendum SERENISSIMAE HVIVS GENTIS ornamentum atque excellentiae cumulum tandem ſit ſequuta.

---

GAVDEANT et qui puriori ſupremum numen proſequuntur cultu, quod per hanc SERENISSIMAE DOMVS NOSTRAE cooptationem coetus noſtri ſanctioris et a ſuperſtitionis labe repurgati ſaluti, quoad *corpus euangelicum* reputamus, egregie ſimul ſit conſultum. Vidimus iam ardentiſſimas ſolemni eam in rem indicto, quae SERENISSIMORVM NOSTRORVM PRINCIPVM pietas eſt, ſupplicationis die,

 ad

Digitized by Google

ad deum pro hac infinita gratia, fuſas preces.
huc ciuium Schwarzburgicorum laetitiam et volu
ego, qui prouidentiae diuinae gratia in feliciſſimis
burgicis natus, ab ineunte aetate clementiar
PRINCIPIS IOANNIS FRIDERICI, PATRIAE PAT
TISSIMI luculentiſſime vti ſemper, ita nuper illuſtri
documento expertus ſum, et adhaec patrem, apud
HVNC ET CLEMENTISSIMVM PRINCIPEM publica
ſtrantem, veneror, me continere potui, quin m
mentis ſignificationes, in hoc communi gaudio c
feliciſſimorum quam fideliſſimorum piis votis iung
mauerim. Efficiat ſupremum, cuius nutu omni
men, vt SERENISSIMA DOMVS SCHWARZBVR
SALOMO NOSTER RVDOLSTADIENSIS conſ
tua fruatur felicitate, vt ſemper floreat ac
huius tutela velut in tutiſſimo portu muſas ſe
in dies magis ſentiant, verbo, vt:

STET FORTVNA DOMV

AD VOS iam redeo, ſocietatis huius DI
CELLENTISSIME, EPHORE CONSVLT
DALES CONSVLTISSIMI, AMPLISSIMI,

Digitized by Google

GENEROSISSIMI, NOBILISSIMI DOCTISSIMIQVE, AVDITORES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, ad vos, inquam, redeo, quorum ſingulari abuſus paene videor beneuolentia. Id vnice in votis habeo, vt TIBI, AMPLISSIMA SOCIETAS, animum pro eximio, quo me ornaſti honore teſtificandi obſtrictiſſimum ſaepius opportuna mihi ſeſe offerat occaſio. Fauſtus hic, quo in tuum ampliſſimum collegium cooptatus ſum dies, ſemper in memoriam meam reuocabit VESTRAM, SODALES, in me humanitatem. Ceterum vt me fauori VESTRO atque beneuolentiae commendatiſſimum habeatis, ſummopere VOS rogo. TE autem, ſupremum numen ſupplex oro, velis pro infinita TVA clementia inclitae huius ſocietatis PROTECTOREM AVGVSTVM, SERENISSIMVM PRINCIPEM FRIDERICVM *terrarum Gothanarum et Altenburgenſium heredem*, ſummum muſarum noſtrarum praeſidium, ſoſpitem ſeruare atque incolumem. Serues ILLVSTRISSIMVM PRAESIDEM, CELSISSIMVM HENRICVM XXVI. *comitem Ruthenum* in rei publicae ſalutem, illuſtriſſimae familiae ſplendorem, inque huius ſocietatis ornamentum.



Digitized by Google

Serues EXCELLENTISSIMVM DI
litteratorum coëtui deſideratiſſimum, nomini
quam a *ſumme venerando patre* accepit,
tem. Serues CONSVLTISSIMVM EPHO
merita, quaé in theologiam maxima ſunt,
etiam effuſurum. Serues SODALES PERI
CELLENTISSIMOS, CLARISSIMOS,
MOS, NOBILISSIMOS, DOCTISSIMOS,
floreant in decus huius ſocietatis at
mentum.

Digitized by Google